



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XVIII. De pueris in plateis ludentibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

inquit, tibi Domine Iesu Christe, qui potentiam fortitudinis tue, cum tempus est, ad terrendos aduersarios, & ad protegendos seruos tuos, exercere soles: Sed, quia pius & misericors es, ignosce, rogamus, ignorantie siue temeritati populi huius, & vsum corporum suorum, quo te ligante, priuati sunt, solita illis miseratione restitue.

*Et precatio pro  
aduersariis.  
Signo Crucis  
liberat diuini-  
tus punitos.*

Quo dicto, crucisque signo ad eos facto, effectus orationem mox insecutus est; & subiungens; En, inquit Episcopus, si audire hactenus nolueris, tangite saltem, & sensu ipso probate, quanta sit misericordia Dei nostri, quanta sit Veritas fidei, quam predicamus vobis. Et longius de iudicio & misericordia Dei, & de presentis vite incerto & perseverantia aeternorum profundè disputans, conterritos in Sion peccatores erudiuit, tandemque medicamine salutaris eloquij, aliquantulum mansuefactos benedixit & cœtum dimisit. Descendens verò de gradibus Ecclesiam S. Adalberti cum fidelibus zelo zelatis pro domo Dei visitauit, ac præmissa inibi orationis solennitate, altare abominationis fregit, comminuit & eiecit, factaque reconciliationis emundatione fracturas Basilicæ suis impensis emendari fecit.

*Adit Ecclesiam  
S. Adalberti.*

### De pueris in plateis ludentibus.

#### CAPVT XVIII.

*Sefridus.  
Edit. Canis.  
cap. 17.*

*S. Otho pueros  
signo S. Crucis  
munis.*

*Colloquium  
Episcopi cum  
pueris.*



Vniq̄ue sæpius eandem frequentaret Ecclesiam, quodam tempore pueros in platea ludentes inuenit; quos dum lingua barbara salutasset veluti coniocando illis, etiam Crucis signo in nomine Domini eos benedixit, & paululum procedens animaduertit, quod vniuersi, relictiis lusibus suis, visendi studio, collecti à tergo sequuntur Episcopum, hominum ignotorū, vt est mos illi ætati, aspectum, habitumque admiranti.

Substitit homo Dei, & circumfusus blandè alloquens, sciscitatur; si aliqui ex eis baptisma percepissent. Illi, sese mutuo respicientes, cœperunt inuicem prodere, qui fuerant ex eis baptizati: quos Episcopus seorsum vocans, quærit ab eis,  
si vo-



si voluntatis eorum sit, tenere fidem, quæ ad baptismum spectat, vel non? Illis autem, se tenere velle, constanter affirmantibus: Episcopus; Si, inquit, Christiani esse vultis, & fidem seruare baptismi, istos non baptizatos & infideles pueros, ad ludum vestrum admittere non debetis. Qui statim, iuxta Verbum Episcopi; similes cum similibus congregati pueri baptizati, non baptizatos à se abiecere, & abominari cœperunt, nulla eis ludi societate communicantes. Itaque videre pulchrum erat, quomodo hi de professione Christiani nominis gloriantes, familiarius agere, & audius intueri, & audire Doctorem etiam inter ludos suos; illi autem, quasi de infidelitate confusi & exterriti longius stare solerent. Sed Pater optimus, & credentes miti sermone ad fidem plenius propiorum capacitate instruxit; non credentes verò ad credendum tam diu exhortabatur, quo vsque se baptizari, & Christianos fieri omnes flagitarent.

*Pueri baptizati segregant se à non baptizatis.*

*De consilio maiorum, & fidelitate  
Witschaci.*

CAPVT XIX.

**N**terim verò maiores natu & sapientiores quique de rebus istis altius inter se tractaturi confederant, & à mane vsque ad medium noctis huic deliberationi vacantes de salute propria & totius populi, de statu ciuitatis & conseruatione patriæ, secundum prudentiam seculi diligenter disputabant: præcipuè autem vniuersa, quæ Ottonis erant dicta vel facta, diligenter trutinabant, & mediante Spiritu sancto, in hanc sententiam omnes communiter cedunt, vt funditus extirpata idolorum cultura, ex integro se religioni Christianæ submittant; atq; in hoc verbo consilium soluant.

*Sesfidw.  
Edw. Canisf.  
cap. 18.*

*Stetimenses redeunt ad sanam mentem.*

Witschacus autem, qui omnibus his intererat, nocte ipsa cum paucis ad Episcopum veniens, optatum nuncium affert, omne consilium ei breuiter insinuans. Dein etiam collectis

*Witschachus, de quo supra, cap. 2.*

t 2 ad